

**www.e-rara.ch**

## **Iohannis Buxtorfii Lexicon Hebraicum et Chaldaicum**

**Buxtorf, Johann**

**Basileae, 1676**

**Universitätsbibliothek Basel**

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-52615>

**Ad studiosos linguae Hebraeae**

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



A D S T U D I O S O S  
L I N G U Æ H E B R Æ Æ.

C O N C L U S I O M O -  
N I T O R I A.

**N**ON eadem semper homini mens est, non idem in humanis consilium & propositum. Nec prudentissimi quidem idem semper sentiunt, nec eodem collimant spectantque semper. Præterit dies hodiernus, quæ invenit crastinus. Probantur nunc, quæ mox improbantur, si meliora succedant. Sic rerum est vicissitudo: sic mentis varietas, quæ meliora quærendo, ad perfectionem annitur. Haud dissimiliter mihi nunc evenit. Lexicon hoc ad literam *W* exierat, neque dum vel minima de Sylloge hac vocum Rabbinicarum addenda, cogitatio animum subiverat. Superfuturæ erant ad nundinas, una alterave septimana, quas inanes abire, damnosum sibi futurum, operæ Typographicæ conquerebantur. Sic de materia Lexici cogitans, venit in mentem studium illorum, qui apud me in lectione Rabbinica in voces quasdam subinde impegerunt, quarum usus Rabbinis erat proprius.

Ut

Ut his nunc succurrerem, hæc qualiacunque hoc tantillo tempore collegi. Paucula tibi ista videri possunt, sed si utaris, opinione plura reperies. Commentatores præstantiores communi Hebraismo utuntur, & non nisi rariùs, extra Biblicum sermonem, Rabbinismum adhibent. Unde ad illos intelligendos, non ita magno Lexico opus est. Alia ratio in Talmudicis authoribus, Philosophis, Cabalisticis, & illis qui Medraschim scripserunt, & allegorico ac vago commentandi genere delectati sunt. In his ut amplior materia, ita pluribus vocabulis opus fuit, ad tantam rerum diversitatem exprimendam. Lento gradu in Rabbinica procedendum, & in faciliora Scripta aditus primò dirigendus. Hæc sunt Commentaria illa Biblica, quæ literalem sensum maximè explicant, ut Rabbi Salomonis, Rabbi Davidis Kimchii, Rabbi Saadiae, Rabbi Aben Esrae, Rabbi Levi Gerson, qui duo sæpè philosophantur, in Astronomica, Physica & Ethica excurrentes, unde & vocabulis ad tales terminos commodè exprimendos, sæpiusculè utuntur, quorum bonam partem attigimus, & ex istorum forma, alia similia perfacilè intelligi poterunt. Omnium frequentissimè Nomina usurpant, vel in Bibliis inusitata, à Radicibus tamen Biblicis deflecta: vel quorum forma in Bibliis rarior, ipsis in ore ubique. Ex omnibus conjugationibus Nomina deducunt, plura tamen ex Kal, Pihel, Hiphil & Hithpahel, pauciora ex aliis formis passivis. Hæc ut melius intelligas, breviter te de quibusdam & præcipuis monebo.

Formæ

## Formæ usitatæ sunt :

1. דבור Sermo, locutio. אבוד Perditio, גלוי Revelatio. קיום Confirmatio. Ferè actionem significant, ut Latina ista in IO. Exempla Biblica בבור Primitiæ, בדיף Blasphematio, בסקוי Potatio, & similia plura, ex conjugatione Pihel derivata.

2. כתִּיבָה Scriptio. A quiescentibus tertiâ רִי formata, habent' cum Mappik notatum: רִיאִי Visio. Et hæc propriè exprimuntur per Latina in IO. Exempla Biblica, אכילִי Esus, Cibus: גניבִי Pulsatio musica, קריאִי Vocatio, Lectio. שניבִי Dictitatio, Dicterium. שתִּי Bibitio, potus, & similia ex Kal.

3. Nomina in רִי, sed diversæ formæ: נשמִי Corporeitas à נשם Corpus: עצמִי Substantia, ab עצם quod idem. אלהִי vel אלהות Deitas, ab אלהי. סמיכִי Adhærentia, à דבק Adhærens: סמיכִי Conjunctio, Syntaxis, à סמיד Conjunctum, quæ forma Chaldæis usitata pro סמוד ex Participio Pahul in Kal. Exempla Biblica, ילדות Nativitas, מרדות Rebellio, אילות Fortitudo. כבדות Gravitas. ידדות Dilectio, כסילות Stultitia, & similia ex Kal.

4. רבִי Raptor, Prædo, רחמן Misericors, דברִי Loquax: דעמִי Intelligens, à גזל rapina, דעִי scientia. Horum fœminina, דברִי, דברִי. Et substantiva abstracta רחמִי Misericordia, דברִי Loquacitas. Et alia forma à Participio Benoni Kal deflexa: גזלִי Rapiens, גזלִי Raptor, כועס Irascens, כועסן Iracundus. Exemplum Biblicum hic unum est, plurale fœmininum, רחמִי

Fœmi-

Fœminæ misericordes, Thren. 4. 10. à sing. דְּחַמְנִית. Hæc partim ex Kal, partim ex Pihel proveniunt. Biblica exempla, אֶלְמִן Viduus, חֲרִצִּין Acinus, in quibus Parthach propter gutturalem: nam alias כְּבִשָּׁן fornax, בְּנִין, פִּשְׁתִּין, &c.

5. Nomina concreta sive adjectiva masculina in י, à substantivis abstractis quibuslibet: ut יוֹמִי Diurnus, à יוֹם dies מיני Specificum, à מִין species: גּוֹפִי, גּוֹפִי גּוֹפִי vel גּוֹפְנִי Corporeum, à גּוֹף Corpus. לְמוֹד Disciplina, à לְמוֹדִי disciplinalis: עֵיוֹן Speculatio, עֵיוֹנִי Speculativus: תּוֹרָה, Lex, תּוֹרָה vel תּוֹרְנִי Legalis, אֶרֶץ Terra, אֶרֶץ terrestris. כְּנֶדֶד Contra, כְּנֶדֶדִי Contrarium. Horum fœminina desinunt in ית.

6. זָכָא Justus, בְּנָא Architectus, קָרָא Karæus, in quo exclusium est Dagesch, & per Kamez primum compensatum. Fuerunt autem Karræi, Judæi textuales Biblici, solo textu scripturæ contenti, & omnes scriptas traditiones repudiantes. Forma hæc tantùm ex Pihel Quiescentium tertiâ petita est. & Chaldæorum ac Talmudicorum propria, ad formam Hebraicam perfectam נָנָב Fur.

7. Nomina ex Hiphil formata, cum ה ab initio, ut Verborum sic Nominum formativo. Prima forma, הַפְלִגָה Excessus, ab הַפְלִיג Excedere: הַבְּרָלָה Separatio, ab הַבְּרִיל Separare: הַתְּחִלָה Initium, ab הַתְּחִיל Incipere, quod Verbum defectivum è Nominine Hebræo הַתְּחִלָה literâ ת ascitâ in radicalem, quod & in aliis quibusdam paucis factum est. Hujus formæ in perfectis exemplum Biblicum nullum est. Ex defectivis quidem primâ נ duo extant, הַצְלָה.

הַצֵּלָה Liberatio, הַכִּרְוֹה Agnitio, quorum integra  
essent, הַנְּצִלָה, הַנְּכַרְוֹה. Secunda הַמְצִאוֹת vel  
הַמְצִאוֹת Existentia, Substantia. Biblicum huic si-  
militudinem unicum הַשְּׁמֵעוֹת Auditus. Tertia הַפְּרָשׁ Discrimen,  
הַפְּקָר Commune, הַרְגֵּל Usus, Exercita-  
tio. Hujus formæ exemplum Biblicum nullum  
est. Ex quiescentibus secundâ etiâ forma fami-  
liaris, הַבְּנִיהוּ Intelligentia, הַנְּעָה Motio, & similia.  
Unicum hujus formæ in Bibliis est הַנְּחִיָּה Quies.  
Tertia radicalis הַמְטִיחַ mutatur plerunque in י vel א:  
ut, הַמְטִיחַ Declinatio, אֵינְטִיחַ Inclinare: הַמְכָּא Plaga,  
percussio, אֵינְכָא unde in Hiphil הַמְכָּא Percutere.  
הַמְדָּא Confessio, אֵינְדָּא unde in Hiphil הַמְדָּא  
Confiteri.

8. Nomina ex Hithpahel הַתְּנַצְּלוֹת Excusatio,  
Defensio. הַתְּלַמְּדוֹת Studium, הַתְּגַלְּיוֹת Revelatio,  
הַתְּבַוְּנוֹת Consideratio, Intelligentia, & similia.  
Unicum in Bibliis est ex Quiescentibus tertiâ,  
הַשְּׁתַּחֲוִיָּה Adoratio. Ex his formis alia similia exem-  
pla facillimè intelliguntur, quæ in hocce Dictiona-  
riolo non posuimus: poni enim singula minimè ne-  
cesse judicavimus, maximè illa, quorum Radices in  
Lexico Hebræo.

Quæ ex Niphah, Pyhal & Hophal formata sunt,  
Participialia ferè sunt. Ex Niphah tamen etiam aliæ  
formæ occurrunt, ut הַמְחָחַ Deletio, הַמְסִיחַ Liquefa-  
ctio à הַמְחָחַ & הַמְסִיחַ. Item הַמְמוֹק Animadversio, An-  
notatio, à הַמְמוֹק juxta quosdam.

Multa etiam vocabula Rabbinum cum Chaldæis  
communia habent, ex quibus aliquot posuimus  
magis

magis vulgata, maximè particulas five voces inclinatibiles. Eas tunc inprimis usurpant, quando Talmudica aut ex similis Dialecti libris quaedam adducunt.

Sed hæc qualiacunque in transitu adjecimus, neque animus nunc est, plenior de istis commentationem instituire. Fiet hoc proximè, si Deo placuerit, cum iterata editione Thesauri nostri Grammatici Hebraici. Diceretur illic speciatim, quæ sit Rabbiniismi, in singulis Grammaticæ partibus, ab Hebraismo Biblico differentia, quibus lectio Rabbiniica tractanda, quis ejus usus, quomodo incipienda, & per quæ media & subsidia illam facile acquirere singuli possint. Neque enim hoc studium tam difficile est, ut plerique sibi imaginantur, neque tam sterile & inutile, ut imperiti ejus sibi persuadent. Quantum Sebastiano Munstero, Santi Pagnino, Johanni Mercero, Reuchlino, Postello, Ariæ Montano, Fagio & aliis plurimis profuerit, satis ipsorum libri & scripta declarant. Lucernam in meridie accenderit, qui hoc probare velit. His utere, donec meliora & pleniora tecum communicare, divina concefferit gratia. Nunc tempus & multiplices occupationes aliæ, plura non permiserunt. Pluribus intentus, minus potest in singulis. Ut corporis est defatigatio, ita quoque animorum languor ex multitudine & varietate laborum nascitur. Tranquillitas autem, cum ad alia, tum ad sciendum, & prudentiæ exercitationem commodissima est. Hanc pariter aliud tempus, cum quo negotiorum turba volvitur, quibusdam sublatis, aliis succedentibus, aliis incisis.

Augu.

Angustissimum habet dies gyrum, qui seriò agentibus citissimè circumagitur. In cursu semper est, & rantum remanet, quantum in duratura collocatur. Sed ea rerum humanarum mixtura est & variatio, ut paucæ in uno aliquo ftatu constanter & diu permaneant. *Nunc parens, nunc noverca dies est.* Turbulenta excipit læta tranquillitas. Hæc ipsa faciet, ut gratio-  
 sâ Dei adjuti manu, plus temporis & laboris in tua,  
 Lector, impendamus commoda, & studia promo-  
 veamus. Quod ut nobis cordi est, sic Deus vo-  
 ris clementer annuat.

Vale.



INDEX